Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

quibus his libris disputamus media stoici appellant ea
officia sunt et late patent que et numeri bonitate multi
assequuntur et progressione distendi. Illud autem officium
qd' rectum idem appellant perfectum atq; absolutum et est ut
hydem dicunt omnes numeros habet nec preter sapientem
cadere in quemquam potest. Cum autem aliquid actum est in quo
media officia comparant id tumulate videtur esse perfectum.
Preterea q; vulgus quid absit a perfecto fere non ex toto in
telligit quatenus autem intelligit nihil putat pretermissum.
Qui autem in premantur et picturis usu venit in aliis q; to
pluribus ut delectentur imperiti laudentq; ea que laudanda
non sint ob eandem credo causam q; insit in his aliquid
probi quod capiat ignaros qui hydem q; in vnaquaq;
re nisi sit nequeant indicare. Itaq; cum sint docti a peri
tis desistunt facile. Et igitur officia de quibus his libris
disserimus quasi secunda quedam honesta dicunt esse no
sapientem modo ipsa. Qz tum omni homini tribuunt communia.
Itaq; omnes in quibus est virtutis indoles commoventur.
Nec vero tum duo decij aut duo scipiones fortes vi
ri commemorantur aut tum fabricius aut tum aristides
iustus nominatur, aut ab illis fortitudinis aut ab his
iustitie tamquam sapiente petitur exemplum. Nemo enim
horum sapiens ut sapientem volumus intelligi. Nec hij
qui sapientes habiti et nominati. M. Celius et C. lelius
sapientes fuerunt. Ne illi quidem septem, si ex medio
rum officiorum frequentia similitudine quadam videbant
speciemq; sapientum. Quarta nec id qd' vere honestum
est fas est cum utilis repugnantia ~~repugnat~~ comparare
nec id qd' communiter appellamus honestum quod colitur
ab his qui bonos se viros haberi volunt cum emolu-